apud hoies: poſſibilia ſunt apud deum. Ait Mar.10.c.
aũt petr⁹. Ecce nos dimiſimus oia: ⁊ ſecuti
ſum⁹ te. ¶ Qui dixit eis. Amẽ dico vob. nẽo Mat.19.g.
eſt q̃ reliquit domũ aut parẽtes aut fratres Mat.10.d.
aut vxorẽ aut filios ꝓpter regnũ dei ⁊ nõ re
cipiat mľta plura in hoc tpe ⁊ in ſeculo futu-
ro vitã eternã ¶ Aſſumpſit aũt ihs duodeci Mat.20.d.
⁊ ait ill'. Ecce aſcendim⁹ hieroſolymã. ⁊ con Mar.10.e.
ſummabũt omia q̃ ſcripta ſunt ꝑ prophetas F
de filio homis. Tradet em̄ gentib⁹ ⁊ illude-
tur ⁊ flagellabit ⁊ cõſpuet. poſtq̃ȝ flagella-
uerint occidẽt eũ. ⁊ die tertia reſurget. Et ip
ſi nihil horũ intellexerũt. Et erat vbũ iſtud
abſconditũ eſt ab eis. ⁊ nõ intelligebant q̃ di
cebãt¶ Factũ ẽ ãt cũ appropinq̃ret hiericho Mat.20.g.
cecus qͣdã ſedebat ſecus viã mendicãs. Et Mar.10.g.
cũ audiret turbã ꝑtereũtẽ: interrogabat qͩ h̄
eſſet. Dixerũt aũt ei q: ihs nazaren⁹ trãſiret G
Et clamauit dicens¶ Ieſu fili dauid miſere Mat.20.g.
re mei. Et q̃ ꝑibant increpabãt eũ vt taceret
Ipſe vo multo magis clamabat. fili Dauid
miſerere mei. Stans aũt ihs iuſſit illũ addu
ci ad ſe. Et cũ appropinq̃ſſet: interrogauit illũ
dicens. Quid tibi vis faciam: At ille dixit.
Dñe vt videã. Et ihs dixit ei. Reſpice¶ Fi Mat.9.e.
des tua te ſaluũ fecit. Et confeſtim vidit ⁊ ſe Mar.5.f.
quebat illuȝ magnificãs deũ. Et ois plebs
vt vidit dedit laudem deo. XIX
Et ingreſſus ꝑambulabat hiericho. A
Et ecce vir noie zache⁹ ⁊ hic ꝑnceps
erat publicanorũ: et ipe diues. Et q̃
rebat videre ieſum q̃s eſſet. ⁊ nõ poterat pre
turba: q: ſtatura puſillus erat. Et ꝑcurrens
aſcendit in arborem ſycomorũ vt videret eũ
q: inde erat tranſitur⁹. Et cũ veniſſet ad lo/
cum: ſuſpiciẽs ihs vidit illũ: et dixit ad illũ
Zachee feſtinãs deſcende: q: hodie i domo
tua oportet me manere. Et feſtinãs deſcẽdit
⁊ excepit illũ gaudens. Et cũ viderẽt omẽs
murmurabãt dicẽtes q: ad hoieȝ peccatorẽ B
diuertiſſet. Stans aũt zache⁹ dixit ad Ieſum
Ecce dimidiũ bonoꝝ meorũ dñe do paupi-
b⁹ ⁊ ſi qͩ aliquẽ defraudaui reddo q̃druplũ
Ait ihs ad eũ. Quia hodie ſal⁹ domui huic
facta eſt eo q: et ipe fili⁹ ſit abrae. ¶ Uenit em̄ Mat.15.c.
fili⁹ hois q̃rere ⁊ ſaluum facere quod ꝑierat.
Hec ill' audientib⁹ adijciens dixit ꝑabolam
eo q: eſſet ꝓpe hierl'm: ⁊ q: exiſtimarẽt q: cõ-
feſtim regnũ dei manifeſtaret ¶ Dixit ergo. Mat.25.b.
Hõ quidã nobil' abijt in regionẽ longinquã Mar.13.g.
accipe ſibi regnuȝ ⁊ reũti. Uocatis aũt decẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝟuis ſuis dedit eis decem mnas.et ait ad il-
los. Negociamī dum venio. Ciues autē eius
oderant eū:et miſerūt legatō ꝫ poſt illū dicē-
C tes. Nolumus hunc regnare ſup nos. Et fa
ctum eſt vt rediret accepto regno. ⁊ iuſſit vo
cari ſeruos q̄bus dedit pecuniā: vt ſciret q̄ꝫ-
tum quiſq̄ꝫ negociat⁹ eſſet. Uenit aūt p̄mus
dicens. Domie:mna tua decem mnas acq̄ſi
Mat.25.d. uit. Et ait illi¶ Euge bone ꝟue q꞉ in modico
fuiſti fidel':eris poteſtatē habēs ſupra deceꝫ
ciuitates. Et alter venit dicens. Dn̄e: mna
tua fecit q̄nq̄ꝫ mnas. Et huic ait: Et tu eſto
ſup q̄nq̄ꝫ ciuitates. Et alter venit dicēs Do
mine:ecce mna tua quam habui repoſitā in
ſudario. Timui eī̄ te q꞉ hō auſterus es tol
lis quod nō poſuiſti:et metis qđ nō ſemina/
D ſti. Dixit ei. De ore tuo te iudico ſerue neq̄ꝫ.
Sciebas q̄ ego hō auſterus ſum tollens qđ
non poſui:et metēs qđ nō ſeminaui. Et qua
re nō dediſti pecuniā meā ad menſam et ego
veniens cū vſuris vtiq̄ꝫ exegiſſem illud. Et
aſtantib⁹ dixit. Auferte ab illo mnā: et date
illi q̄ decem mnas habet. Et dixerūt ei. Do
Mat.13.b. et.25.c. mine hꝫ decem mnas. ¶Dico aūt vob q꞉ oī
Mar.4.c. hn̄ti dabiť et abundabit:ab eo aūt q̄ non hꝫ
L.8.c. ⁊ quod hꝫ auferet̄ ab eo¶ Uerū tn̄ inimicos
Deutro.19. meos illos q̄ noluerūt me regnare ſup ſe ad-
ducite huc:⁊ interficite an̄ me. Et his dictis
Mat.21.a. p̄cedebat aſcendēs hieroſolymā.¶ Et factū
Mar.11.a. eſt cum appropinquaſſet ad bethphage ⁊ be
Joh.12.b. thaniā ad montē q̄ vocat̄ oliueti: miſit du/
Mat.21.a. os diſcip̄los ſuos dicēs.¶ Jte in caſtellū qđ
Mar.11.a. cōtra vos eſt. Jn qđ introeūtes :inuenietis
E pullū aſine alligatum:cui nemo vnq̄ꝫ hoim
ſedit. Soluite illū:et adducite. Et ſi q̄s vos
interrogauerit quare ſoluitis : ſic dicetis ei.
Quia dn̄s opam ei⁹ deſiderat. Abierūt aūt
q̄ miſſi erāt:⁊ inuenerūt ſicut dixit ill' ſtātem
pulluꝫ. Soluentib⁹ aūt ill' pullum dixerunt
dn̄i eius ad illos. Quid ſoluitis pulluꝫ? At
illi dixerūt. Quia dn̄s eū neceſſariuꝫ habet.
Et duxerūt illū ad ihm. Et iactātes veſtimē
Mat.21.a. ta ſua ſupra pullū impoſuerūt ieſum.¶ Eūte
Mar.11.b. auteꝫ illo ſubſternebāt veſtimēta ſua in via.
Joh.12.b. F Et cū appropinq̄ret iam ad deſcēſum mont'
oliueti:ceperūt oēs turbe deſcendētiuꝫ gau
dentes laudare deum voce mag̃ ſup oibus
q̄s viderāt ꝟtutibus dicentes. Bn̄dictus q̄
venit rex in noīe domī :pax in celo:et gloria
Mar.21.c. in excelſis¶ Et q̄daꝫ phariſeoꝝ de turb di-
xerunt ad illū. Mgr̄ increpa diſcip̄los tuoſ
Abachuc.2. G ¶Quib⁹ ipē ait. Dico vob :q꞉ ſi hi tacuerit
lapides clamabunt. Et vt appropinq̄uit vi-
dens ciuitatē fleuit ſup illam dicēs /Quia ſi
Naū.3. cog̃uiſſes ⁊ tu.¶ Et q̄dem in hac die tua que
ad pacē tibi:nūc aūt abſcōdita ſūt ab oculis

tuis. Quia venient dies in te ⁊ circūdabunt
te:inimici tui vallo:⁊ circūdabūt te:et coan-
guſtabunt te vndiq̄ꝫ: ⁊ ad terrā p̄ſternent te
⁊ filios tuos q̄ in te ſunt¶ Et nō relinquēt in Mat.24.a.
te lapidē ſup lapidē:eo q̄ n̄ cog̃ueri tp̄s viſi Mar.13.a.
tatōis tue¶ Et ingreſſus in templū cepit eij- Mat.21.b.
cere vendētes ⁊ emētes:dicens ill'¶ Scp̄tuꝫ Mar.11.d.
eſt:q꞉ domus mea domus oratōis eſt. Uos Joh.2.d.
aūt feciſtis illā ſpeluncam latronuꝫ. Et erat Eſaie.56.
docens quotidie in tēplo ¶ Principes autē Hiere.7.
ſacerdotū et ſcribe ⁊ p̄ncipes pleb q̄rebāt il- Mat.21.g.
lum pdere ⁊ nō inueniebant q̄d facerent illi. Mar.12.b.
Ois eīm p̄p̄ls ſuſpēſus erat audiēs illū. XX J.22.a. Joh.7.e.et.g.et.8 c. A

Et factum eſt in vna dierum docen/
te illo populū in templo et euangeli-
zante conuenerunt p̄ncipes ſacerdo
tum ⁊ ſcribe cū ſenioribus: ⁊ aiūt dicētes ad
illum.¶ Dic nob in qua poteſtate hec facis. Mat.21.d.
Aut q̄s eſt q̄ dedit tibi hāc p̄tātem? Reſpō- Mar.11.f.
dens aūt ieſus dixit ad illos. Jnterrogabo
vos ⁊ ego vnū ꝟbuꝫ. Reſpōdete mihi. Ba-
ptiſmū iohānis đ celo erat:an ex hominibus.
At illi cogitabāt intra ſe dicētes. Quia ſi di
xerimus de celo:dicet. Quare g̊ nō credidi-
ſtis illi? Si aūt dixerimus ex hoibus plebs
vniūſa lapidabit nos. Certi ſunt eniꝫ iohem B
p̄phetam eſſe. Et reſponderūt ſe neſcire vn̄
eſſet. Et ieſus ait ill'. Neq̄ꝫ ego dico vobis in
qua poteſtate hec facio ¶ Cepit auteꝫ dicere Mat.21.f.
ad plebem pabolam hāc. Hō q̄dam planta- Mar.12.a.
uit vineā ⁊ locauit eam colonis:et ipē pegre
fuit multis tempibus. Et in tpe illo miſit ad
cultores ſeruum : vt de fructu vinee darent
illi. Qui ceſum dimiſerunt eum inanem. Et
addidit alterum ſeruū mittere. Jlli aūt hūc
q̄ꝫ cedentes: ⁊ afficientes ꝯtumelia : dimiſe/
runt inanem. Et addidit tertiū mittere: q̄ et
illum vulnerātes eiecerūt. Dixit aūt dn̄s vi
nee. Quid faciā? Mittam filiū meū dilectū
forſitan cū hunc viderint verebunt̄. Quem
cū vidiſſent coloni:cogitauerūt intra ſe dicē C
tes¶ Hic eſt heres. Occidamus illū : vt nr̄a Gen̄.37.
fiat hereditas. Et eiectū illū extra vineā oc-
ciderunt. Quid g̊ faciet illis dn̄s vinee? Ue
niet ⁊ pdet colonos iſtos ⁊ dabit vineā alijs
Quo audito dixerūt illi. Abſit. Jlle āt aſpi-
ciens eos ait¶ Quid eſt g̊ hoc qđ ſcriptū eſt Ps̄.117.
lapidem quē reprobauerunt edificātes h fa Mat.21.g.
ctus eſt in cput anguli? Omis q̄ ceciderit ſu Mar.12.b.
pra illum lapidem conquaſſabit̄:ſupra quē 1.Pe.2.a.
aūt ceciderit cōminuet illū. Et q̄rebant p̄nci Actu.4.b.
pes ſacerdotū ⁊ ſcribe mittere in illū manus
illa hora ⁊ timuerūt p̄p̄lm. Cognouerunt em̄ D
q̄ ad ipos dixerit ſimilitudinē hāc¶ Et ob/ Mat.22.c.
ꝟuātes miſerūt inſidiatores q̄ ſe iuſtos ſimu Mar.12.b.
larent: vt capent eum in ꝟmone: et traderēt Joh.7.g. et.8.c.

illum ꝑncipatui ⁊ poteſtati pſidis. Et inter/
Mat.22.c. rogauerunt eum dicẽtes: ¶ Mgr̃ ſcimus qꝛ
Mar.12.c. recte dicis ⁊ doces. ⁊ nõ accipis pſonam: ſꝫ
viam dei in veritate doces. Licet nobis tri=
butum dare ceſari: an nõ? Conſiderãs autẽ
dolum eorũ dixit ad eos. Quid me tempta/
tis? Oſtendite mihi denariũ. Cuius hꝫ ima/
ginem ⁊ inſcriptionẽ? Reſpondentes dixe/
runt. Ceſaris. Et ait illis. Reddite ergo q̃ ſunt
E ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo. Et nõ po/
tuerunt ꝟbum eius repħendere corã plebe:
⁊ mirati in reſponſo eius tacuerũt. Acceſſe/
runt autẽ q̃dam ſaduceorũ: qui negant eſſe
reſurrectõem: et interrogauerũt eum dicen/
Deutro.25. tes. ¶ Magiſter: moyſes ſcripſit nob: ſi fratˀ
Mar.22.d. alicuius mortuus fuerit habens vxorem et
Mar.12.c. hic ſine liberis fuerit: vt accipiat eam frater
eius vxorem: ⁊ ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Se=
ptem ergo fratres erant et ꝑmꝰ accepit vxo/
rem ⁊ mortuus eſt ſine filijs. Et ſequẽs acce/
pit illã: ⁊ ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertiꝰ
accepit illam: ſimiliť ⁊ omẽs ſeptẽ ⁊ non reli/
querunt ſemen: et mortui ſunt. Nouiſſime
F oĩm mortua eſt ⁊ mulier. In reſurrectõne ergo
cuius eorũ erit vxor? Siquidem ſeptẽ habue/
runt eam vxorẽ. Et ait illis ieſus. Filij huiꝰ
ſeculi nubũt: ⁊ tradunť ad nuptias: illi ꝟo q̃
digni habebunt ſeculo illo et reſurrectione
ex mortuis neq3 nubẽt neq3 ducent vxores:
Mat.22.e. neq3 vltra mori poterũt ¶ Equales enĩ ãge=
Mar.12.d. lis ſunt: ⁊ filij ſunt dei: cũ ſint filij reſurrectio/
Exo.3. nis. Quia ꝟo reſurgant mortui ¶ et moyſes
oſtendit ſecus rubũ: ſicut dicit dominũ deũ
abraã ⁊ deum yſaac ⁊ deũ iacob. Deus autẽ
nõ eſt mortuorũ ſed viuorũ. Omẽs enim vi/
G uunt ei. Reſpondẽtes aũt quidã ſcribarum
Mat.22.g. dixerũt ei. Mgr̃ bene dixiſti. ¶ Et amplius
Mar.12.f. nõ audiebant euz quicq3 interrogare. Dixit
aũt ad illos. Quomõ dicũt chriſtũ filiuz eſſe
dauid: ⁊ ipſe dauid dicit in libro pſalmorum
Ps.109. ¶ Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis:
donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedũ
Mat.22.d. tuorũ. ¶ Dauid ergo dñm illũ vocat: ⁊ quõ filiꝰ
Mar.12.f. eius eſt? Audiẽte aũt oĩ ꝑplo dixit diſcipuliſ
Mar.12.g. ſuis ¶ Attendite a ſcrib q̃ volũt ambulare in
ſtolˀ: et amãt ſalutatões i foro ⁊ ꝑmas cathe=
dras i ſynagogis ⁊ ꝑmos diſcubitꝰ i cõuiui=
is. Qui deuorãt domos viduaꝝ: ſimulãtes
A lõgã oratõz. Hi accipiẽt dãnatõez maiorẽ.
Mar.12.g. REſpiciẽs aũt vidit eos q̃ XXI
mittebãt munera ſua in gazophyla/
tiũ diuites. Vidit aũt ⁊ q̃ndã viduã
paupculam mittentẽ era minuta duo. Et di/
xit. Vere dico vob: qꝛ vidua hec paup plus
q̃ omẽs miſit. Nam oẽs hi ex abũdanti ſibi
miſerũt in munera dei: hec aũt ex eo qđ deeſt
illi omnẽ victũ ſuũ quẽ habuit miſit. Et qui= B
buſdam dicẽtibus de tẽplo q͛ bonis lapidi=
bus ⁊ donis ornatũ eſſet dixit ¶ Hec q̃ vide= Mat.24.a.
tis: venient dies in q̃bus nõ relinquetur la/ Mar.13.a.
pis ſupra lapidẽ q̃ nõ deſtruať ¶ Interroga Mat.24.a.
uerũt ãt illũ dicẽtes. Preceptor qñ hec erũt Mar.13.b.
⁊ quod ſignum cum fieri incipiẽt? Qui dixit
¶ Videte ne ſeducami. Mlti enĩ veniẽt i no/ Mat.24.a.
mine meo dicentes qꝛ ego ſuz: ⁊ tpus appro= Mar.13.b. Eph.5.b.
pinquit. Nolite ire poſt eos Cũ aũt audieri/ 1.Cor.3.d.
tis ꝑlia ⁊ ſeditões: nolite terreri. Oportet ꝑ= Collo.2.d.
mum hec fieri: ſed nondũ ſtati finis. Tũc di= C
cebat illˀ ¶ Surget gens ꝯtra gentem ⁊ regnũ Mat.24.b.
aduſus regnum: ⁊ terremotꝰ magni erunt ꝑ Mar.13.b.
loca ⁊ peſtilentie ⁊ fames: terroreſq3 de celo
⁊ ſig̃ magna erũt. ¶ Sed añ hec oĩa iniĳtient Mat.24.b.
vob manus ſuas ⁊ pſequenť tradẽtes in ſy= Mar.13.b.
nagogas ⁊ cuſtodias. trahẽtes ad reges ⁊ ꝑ/ Joh.15.f.
ſides ꝑpter nomen meũ. Cõtinget aũt vob
in teſtimoniũ. Ponite ergo in cordibus veſtris
nõ ꝑmeditari queãdmodũ reſpõdeatꝭ. Ego
enĩ dabo vobis os et ſapiam: cui nõ poterũt
reſiſtere ⁊ cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri
Tradẽmi aũt a parẽtibꝰ ⁊ fratribꝰ ⁊ cogñtis ⁊
amicis: ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis
odio omibus hominibus ꝑpter nomen meuz.
¶ Et capillꝰ de capite vr̃o nõ peribit. In pa/ Mat.10.f.
tientia vr̃a poſſidebitis aĩas vr̃as. ¶ Cum D
aũt videritis circũdari ab exercitu hierˡm: Mat.24.c.
tunc ſcitote qꝛ appropinquit deſolatio eius. Mar.13.d.
¶ Tunc q̃ in iudea ſunt fugiãt ad mõtes: ⁊ q̃ Mat.24.c.
in medio eius diſcedãt: et q̃ in regionibꝰ: nõ Mar.13.d.
intrent in eam: qꝛ dies vltiõis hi ſunt: vt im=
pleanť omia que ſcripta ſunt ¶ Ve aũt ꝑgnã Mat.24.c.
tibus et nutrientibus in illis diebus. Erit Mar.13.d. Eſaie.13.
enĩ preſſura mag̃ ſup terrã: et ira ꝑplo huic. Ezech.13.
Et cadẽt in ore gladij: ⁊ captiui ducenť i om/
nes gentes. Et hierˡm calcabiť a gentibꝰ do/ E
nec impleanť tp̃a nationũ. ¶ Et erũt ſigna in Eſaie.13.
ſole ⁊ luna ⁊ ſtellˀ: et in terris ꝑſſura gentiuz Johelis.2.
ꝑ cõfuſione ſonitꝰ maris ⁊ fluctuũ: areſcen/
tibus hominibꝰ ꝑ timore ⁊ expectatõe q̃ ſuper
uenient vniuerſo orbi. Nam ꝟtutes celoruz
mouebunť ¶ Et tũc videbũt filiũ hoĩs veni= Mat.24.g.
entem in nube cum ꝑtãte mag̃ et maieſtate. Mar.13.f. Job.26.
Hiis aũt fieri incipientibus: reſpicite et leua/ Eſaie.3.
te capita veſtra: qm̃ appropinquat redẽptio F
veſtra ¶ Et dixit illˀ ſimilitudinem. Videte fi/ Mat.24.c.
culneaz ⁊ oẽs arbores: cũ ꝓducũt iam ex ſe Mar.13.f.
fructum: ſcitis qm̃ ꝓpe eſt eſtas. Ita et vos
cũ videritꝭ hec fieri: ſcitote qm̃ ꝓpe eſt regnũ
dei. Amẽ dico vobis: qꝛ non ꝑteribit gene/
ratio hec donec omia fiant. ¶ Celum et terra Mat.24.c.
trãſibunt: ꝟba aũt mea nõ tranſibũt ¶ Attẽ/ Mar.13.g.
dite aũt vobis ne forte grauenť corda vr̃a Rho.13.d. 2.Thes.5.
in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite: et Apoc.8.d.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſupueniat in vos repentina dies illa. Tāq̄
laqueus ſupueniet em̄ in oēs q̄ ſedēt ſup fa=
ciem om̄is terre. Uigilate itaq̄ omi t̄pe orā=
tes: vt digni habeami fugere iſta oīa q̄ futu=
ra ſunt: ⁊ ſtare an̄ filiū homis. Erat aūt die
A bus docens in tēplo: noctib⁹ vo exiēs mora
Mat.16.a. batur in mōte q̄ vocat oliueti. Et oīs p̄plus
Mar.14.a. manicabat ad eū in tēplo audire eū. XXII
Joh.12.a. ¶Appropinq̄bat autem dies feſtus
ẽ.19.g. azymorum qui dicit paſca. ¶Et q̄re
et.20.e. bāt p̄ncipes ſacerdotū et ſcribe quō
Mat.21.g. eum interficerēt: timebant vo plebē ¶Intra
Mar.12.b. Joh.7.e. uit aūt ſathanas in iudam q̄ cognominabat
et.g. ſcarioth vnū de duodecim ¶⁊ abijt ⁊ locut⁹
Joh.13.a. Mat.25.b. eſt cū p̄ncipibus ſacerdotū ⁊ magiſtratibus
Mar.14.b. quemadmodū illum traderet eis. Et gauiſi
ſunt ⁊ pacti ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopō
dit. Et q̄rebat oportunitatē: vt traderet illū
ſine turbis. Uenit aūt dies azymorū: i q̄ ne=
ceſſe erat occidi paſca. Et miſit petrū ⁊ iohā
nem dicēs. Euntes parate nob paſca: vt mā
ducemus. At illi dixerūt. Ubi vis parem⁹?
Mat.26.b. Et dixit ad eos. ¶Ecce introeuntib⁹ vob ci/
Mar.14.b. uitatē occurret vobis hō q̄dam amphoram
aque portās: ſequimi eū in domū in quā in/
B trat: ⁊ dicetis patrifamilias dom⁹. Dicit ti/
bi mgr̄. Ubi eſt diuerſorium: vbi paſca cum
diſcipul' meis manducē? Et ipe oſtēdet vo
bis cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. Eū
tes aūt inuenerūt ſicut dixit ill': ⁊ parauerūt
paſca. Et cū facta eēt hora diſcubuit: ⁊ duo
decim apoſtoli cū eo Et ait ill'. Deſiderio de
ſideraui hoc paſca manducare vobiſcū ante
q̄ patiar. Dico em̄ vob q: ex hoc nō mādu=
Mat.16.c. cabo illud donec ipleat i regno dei ¶Et acce
Mar.14.c. pto calice gr̄as egit ⁊ dixit. Accipite et diui=
1.Cor.11.c. dite inter vos. Dico em̄ vob q: nō bibā de
generatōne vitis donec regnum dei veniat.
Mat.26.c. ¶Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit et dedit
Mar.14.c. eis dicens. Hoc eſt corp⁹ meū qd̄ p vob da=
Actu.17.d. tur. Hoc facite i meā cōmemorationē. Simi
Mat.26.c. liter ⁊ calicē poſtq̄ cenauit dicens. ¶Hic eſt
Mar.14.c. calix nouū teſtamentū in ſanguine meo: qui
Hebre.9.c. p vobis fundet. Uerūtamē ecce manus tra
C dentis me mecū eſt in menſa ¶Et q̄dē filius
Mat.18.b. et.26.a. hoīs ſm̄ qd̄ definitū eſt vadit. Uerūtamen
Mar.14.c. ve hoī illi p quē tradet. ¶Et ipſi ceperūt q̄re=
Mat.29.b. re inter ſe: q̄s eſſet ex eis q̄ hoc factur⁹ eſſet.
Mar.14.b. Joh.13.e. ¶Facta eſt aūt ⁊ ꝯtentio int' eos: q̄s eorū vi
Mat.18.a. deret eſſe maior. Dixit aūt eis ¶Reges gen=
Mar.9.c. tium dominant eorū: ⁊ q̄ ptātē habent ſup
Mat.20.f. eos benefici vocant. Uos aūt nō ſic. Sed q̄
Mar.10.f. maior eſt in vob fiat ſicut minor: ⁊ q̄ p̄ceſſor
Mat.20.f. eſt: ſicut miniſtrator. ¶Nā q̄s maior eſt q̄ re=
cumbit: an qui miniſtrat? Nonne q̄ recūbit?
Ego aūt in medio veſtrū ſū ſicut q̄ miſtrat.

Uos aūt eſtis q̄ p̄manſiſtis mecū in tēptatōi
bus meis ¶Et ego diſpono vobis ſic diſpo= Mat.19.g.
ſuit mihi pater me⁹ regnū: vt edatis et biba/
tis ſup menſam meā in regno meo: ⁊ ſedeatis
ſup thronos iudicātes duodeci trib⁹ iſrael.
Ait aūt dn̄s ſimoni. Simon: ecce ſathanas
expetiuit vos vt cribraret ſicut triticū. Ego D
aūt rogaui p te: vt nō deficiat fides tua. Et
tu aliquādo conuſus: confirma fratres tuos
¶Qui dixit ei. Dn̄e: tecū paratus ſum et in Mat.26.e.
carcerē ⁊ in mortē ire. Et ille dixit. Dico tibi Mar.14.e.
petre: nō cantabit hodie gallus dōec ter ab=
neges noſſe me. Et dixit eis. Qn̄ miſi vos ſi
ne ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis nunq̄d ali/
q̄d defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Di/
xit ḡ eis. Sed nunc q̄ habet ſacculū tollat: ſi
militer ⁊ perā. Et q̄ nō habet: vēdat tunicā
ſuam ⁊ emat gladiū. ¶Dico em̄ vob q̄m ad= Eſaie.53.
huc hoc quod ſcriptū eſt oportet impleri in Mar.15.d.
me. Et cū iniquis deputat⁹ eſt. Etem̄ ea que
ſunt de me: finem habēt. At illi dixerūt. Do
mine: ecce duo gladij h̄. At ille dixit eis. Sa
tis eſt ¶Et egreſſus ibat ſm̄ ꝯſuetudinem in Mat.26.d.
montē oliuarū. Secuti ſunt aūt illū ⁊ diſci/ Joh.18.a.
puli ¶Et cū p̄ueniſſet ad locū: dixit ill'. Ora= Mat. 6.d.
te: ne intretis in temptatōē. Et ipe auulſus Mar. 4.d.
E
eſt ab eis q̄tum iactus eſt lapidis: ⁊ poſitis
genibus orabat dicēs ¶Pater ſi vis: trāſfer Mat.26.d.
calicē iſtū a me. Uerūtamen nō mea volun/ Mar.14.d.
tas: ſed tua fiat. Apparuit autē illi angelus. Joh.6.d.
de celo confortans eū. Et factus in agonia
prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſic
gutte ſanguis decurrentis in terrā ¶Et cum Mat.26.d.
ſurrexiſſet ab oratōe ⁊ veniſſet ad diſcipl'os Mar.14.d.
ſuos: inuenit eos dormientes p̄ triſticia. Et
ait ill'. Quid dormitis? Surgite orate: ne in=
tretis i temptatōē. ¶Adhuc eo loquētē ecce Mat.26.e.
turba: ⁊ q̄ vocabat iudas vnus de duodeci Mar.14.e.
antecedebat eos: ⁊ appropinquauit ieſu: vt Joh.18.a.
oſcularet eū. Jeſus aūt dixit illi. Juda: oſcu
lo filiū homis tradis ¶Uidētes aūt hi qui Mat.26.e.
circa ipm erant qd̄ futurum erat: dixerūt ei. Mar. 4.e. Joh.18.b.
Dn̄e: ſi p̄cutimus in gladio. Et p̄cuſſit vn⁹
ex ill' ſeruū p̄ncipis ſacerdotū: ⁊ amputa/
uit auriculam eius dextrā. Reſpondēs au=
tem ieſus ait. Sinite: Uſq̄ huc. Et cum teti
giſſet auriculā eius ſanauit eum. Dixit autē
ieſus ad eos q̄ venerant ad ſe p̄ncipes ſacer=
dotū ⁊ magiſtratus tēpli ⁊ ſeniores ¶Qua Mat.26.e.
ſi ad latronē exiſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus. Mar. 4.e.
¶Cum quotidie vobiſcū fuerim in templo. Joh.18.d.
nō extēdiſtis manus in me. Sed hec eſt ho F
ra veſtra ⁊ poteſtas tenebrarū ¶Comprehē Mat.26.f.
dentes aūt eum: duxerūt ad domū p̄ncipis Mar.14.f.
ſacerdotum. petrus vo ſequebat eū a lōge. Joh.18.c.
¶Accenſo autē igne in medio atrij ⁊ circūſe= Mat.26.g.
Mar. 4.g.
Joh.18.c.

dentibus ill':erat petr⁹ in medio eoꝝ. Quez
cū vidiſſet ancilla q̄dam ſedentē ad lumen ⁊
eum fuiſſet intuita:dixit. Et h̄ cum illo erat
At ille negauit eū dicēſ:Mulier nō noui il
lum. Et poſt puſillū alius vidēs eum dixit.
Et tu de ill'es. Petrus vo ait. O hō nō ſum
Et interuallo facto q̄ſi hore vnius:ali⁹ q̄dā
affirmabat dicēs. Uere ⁊ hic cū illo erat:nā
G ⁊ galile⁹ eſt. Et ait petrus. Hō:neſcio quid
dicis. Et ↄtinuo adhuc illo loquēte cātauit
Mat.26.g. gallus. Et ↄuerſus dn̄s reſpexit petrū. ¶ Et
Mar.14.g. recordatus eſt petrus vbi dn̄i ſicut dixerat:
qꝛ p̄uſq̄ȝ gallus cantet : ter me negabis. Et
egreſſus foras petrus fleuit amare Et viri q̄
Mat.26.g. tenebant illū:illudebant ei cedentes ¶ Et ve-
Mar.14.g. lauerunt eū: ⁊ ꝑcutiebāt faciē eius : ⁊ inꝛro-
Joh.18.d. gauerūt eū dicētes: Propheti za. Quis ē q̄
te ꝑcuſſit: Et alia multa blaſphemātes dice
bant in eum. Et vt fact⁹ eſt dies : ↄuenerunt
ſeniores plebis ⁊ p̄ncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe
Mat.26.f. ⁊ duxerūt illū in conciliū ſuū dicentes. ¶ Si
Mar.14.f. tu es xp̄s dic nob. Et ait ill'. Si vob dixero
Joh.6.g. non credetis mihi:ſi autē et interrogauero:
Mat.26.f. non reſpōdebitis mihi : neq̄ȝ dimittet'. ¶ Ex
Mar.14.g. hoc aūt erit filius hoīs ſedens a dextris vir-
Joh.6.g. tutis dei. Dixerūt aūt omēs. Tu ḡ es filius
dei: Qui ait. Uos dicitis:qꝛ ego ſum. At il-
Mat.26.g. li dixerūt ¶ Quid adhuc deſideramus teſti-
Mar.14.g. monium: Ipſi eīn audiuimus de ore eius.
A ¶ T ſurgens oīs m'titudo XXIII
Mat.27.a. E eoꝝ duxerūt illū ad pilatū. Ceperūt
Mar.15.a. aūt illū accuſare dicētes. Hunc inue
Joh.18.c. nimus ſubuertentē gentē nr̄am: ⁊ ꝓhibentē
tributa dare ceſari ⁊ dicentem ſe xp̄m regem
Mat.27.b. eſſe. ¶ Pilatus aūt interrogauit eum dicens
Mar.15.a. Tu es rex iudeoꝝ: Et ille rn̄dens ait: ¶ Tu
Joh.18.f. dicis. Ait aūt pilatus ad p̄ncipes ſacerdotū
Joh.18.g. ⁊ turbas. Nihil inuenio cauſe in hoc hoīe
At illi inualeſcebant dicentes. Cōmouit po
pulum docēs ꝑ vniūſam iudeā :incipiens a
galilea vſq̄ȝ huc. Pilat⁹ aūt audiēs galileaȝ
interrogauit ſi hō galile⁹ eſſet. Et vt coḡuit
q̄ de herodis p̄tāte eſſet remiſit eū ad hero-
dem:q̄ ⁊ ip̄e hieroſolymis erat illis diebus.
B Herodes aūt viſo ieſu:gauiſus ē valdꝰ. Erat
eīn cupiens ex multo t̄pe videre eū : eo q̄ au
diret multa de eo ⁊ ſperabat ſignū aliq̄d vi-
dere ab eo fieri. Inꝛrogabat aūt eū mlt' ſer-
Mat.26.f. monibus. At ip̄e nihil illi reſpōdebat ¶ Sta
Mar.14.f. bant aūt p̄ncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe conſtan
ter accuſantes eū. Spreuit aūt illū herodes
cū exercitu ſuo: ⁊ illuſi t indutū veſte alba: ⁊
remiſit ad pilatuȝ. Et facti ſunt amici Hero-
des ⁊ pilatus in ipſa die :nam antea inimici
erāt ad inuicē. Pilatus aūt cōuocatis prin-
cipibus ſacerdotū ⁊ mgr̄atibus ⁊ plebe : di-

xit ad illos ¶ Obtuliſtis mihi hunc hominē Act.13.c.
q̄ſi auertentē ꝑplm. ⁊ ecce ego corā vob inꝛ-
rogans nullam cām inuenio in hoīe iſto : ex
his i q̄bus eū accuſatis. Sed neq̄ȝ herodes C
Nam remiſi vos ad illū: ⁊ ecce nihil dignuȝ
morte actū eſt ei. Emendatū ḡ illū dimittam
¶ Neceſſe aūt habebat dimittere eis ꝑ diē fe Mat.27.
ſtum vnū. Exclamauit autē ſimul vniuerſa Mar.15.a
turba dicēs ¶ Tolle hunc ⁊ dimitte nob bar- Mat.27.c.
rabam ¶ Qui erat ꝓpter ſeditionē quandam Mar.15.b.
factā in ciuitate ⁊ homicidiū miſſus in carce- Joh.18.g.
rem. Iterum aūt pilatus locutus eſt ad eos Actu.3.c.
volens dimittere ih̄m. At illi ſuccla mabāt
dicētes. Crucifige crucifige eū. Ille autē ter
tio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iſte. Actu.18.c.
¶ Nullam cauſam mort' inuenio in eo. Cor-
ripiam ḡ illū ⁊ dimittā. At illi inſtabāt voci-
bus magnis poſtulātes vt crucifigeret : ⁊ in-
ualeſcebant voces eoꝝ. Et pilat⁹ adiudica- D
uit fieri petitionē eoꝝ ¶ Dimiſit aūt illis euȝ Mat.27.c.
q̄ ꝓpter homicidiū ⁊ ſeditionē miſſus fu̇at i Mar.15.c.
carcerem quē petebant. Ieſum vo tradidit Joh.18.g.
volūtati eoꝝ ¶ Et cū ducerent eū appꝛhēde- Mat.27.d.
runt ſimonē quendā cyrenenſem venienteȝ Mar.15.c.
de villa : ⁊ impoſuerūt illi cruceȝ portare p⁹
ieſum. Sequebat aūt illū multa turba ꝑpl'i et
mulierū:q̄ plangebant ⁊ lamentabant eum.
Cōuerſus aūt ad illas ieſus dixit. Filie hie-
ruſalem:nolite flere ſuꝑ me:ſed ſuꝑ voſip̄as
flete. ⁊ ſuꝑ filios vr̄os. Qm̄ ecce venient dies
in q̄bus dicent ¶ Beate ſteriles : ⁊ ventres q̄ .21.d.
nō genuerūt: ⁊ vbera q̄ nō lactauerūt ¶ Tūc Sapien.3.
incipient dicere mōtibus:cadite ſuꝑ nos:et Eſaie.54.
collib⁹ operite nos. Quia ſi i viridi lig̃ hec fa- Hal.4.d.
ciūt in arido q̄d fiet: Ducebāt aūt ⁊ alij duo Apoca.6.d. et.9.b.
nequā cū eo : vt interficerent ¶ Et poſtq̄ȝ vene- Eſaie.2.
runt in locū qui vocat caluarie. ibi crucifixe- Oſee.10.
runt eū: ⁊ latrones vnū a dextris. alterum a E
ſiniſtris. Ih̄s aūt dicebat. Pat' dimitte ill'. Mat.27.d.
Nō eīn ſciūt q̄d faciunt ¶ Diuidētes vo ve- Mar.15.d.
ſtimēta ei⁹ miſerūt ſortes. Et ſtabat ꝑpl's ex- Joh.19.c.
pectās ⁊ deridebāt eū p̄ncipes cū eis dicētes Mat.27.d.
Alios ſaluos fecit. ſe ſaluū faciat. ſi h̄ eſt xp̄s Mar.15.d.
dei electus ¶ Illudebāt aūt ei ⁊ milites acce- Joh.9.d.
dentes: ⁊ acetū offerētes ei dicētes. Si tu es Mat.27.f.
rex iudeoꝝ : ſaluū te fac ¶ Erat aūt ⁊ ſupſcri- Mar.15.f.
ptio ſcripta ſuꝑ eū l'ris grecis ⁊ latinis et he- Joh.19.c.
braicis: h̄ eſt rex iudeoꝝ ¶ Un⁹ aūt de his q̄ Mat.27.c.
pendebāt latronib⁹ blaſphemabat eū dicēs Mar.15.c.
Si tu es xp̄us ¶ ſaluū fac teipſum ⁊ nos Rn̄- Joh.19.d.
dens aūt alt' increpabat eū dicēs. Neq̄ȝ tu ti- F
mes deū. q̄ in eadē damnatiōe es. Et nos q̄- Mat.27.c.
dem iuſte: nam dig̃ factis recipim⁹. Hic vo Mar.15.c.
nihil mali geſſit. Et dicebat ad ih̄m. Domine Mat.27.c.
memēto mei cū veneris in regnū tuū. Et di- Mar.15.c.
xit illi ieſus. Amē dico tibi: hodie mecū eris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in pӑdiſo. Erat autez fere hora ſexta: ⁊ tene
bre facte ſunt in vniũſa terra vſqȝ in horã no-
Apoc.6.d. nam¶ Et obſcurat⁹ eſt ſol¶ ⁊ velũ tẽpli ſciſſuz
Mat.27.f. eſt mediũ. Et clamans voce mag̃ Jeſus ait.
Mar.15.f. Pater¶ in manus tuas cõmendo ſpũz meuz
Ps.30 G Et hec dicẽs expirauit. ¶ Videns aũt centu/
Mat.27.f. rio quod factũ fuerat glorificauit deũ dicẽs
Mar.15.f. Vere hic hõ iuſt⁹ erat. Et oĩs turba eorum
q̃ ſimul aderãt ad ſpectaculũ iſtud: ⁊ videbãt
q̃ fiebant: pcutientes pectora ſua reuertebã-
tur. Stabãt aũt oẽs noti eius a lõge: ⁊ muli-
eres q̃ ſecute eũ erant a galilea hec vidẽtes.
Mat.27.g. ¶ Et ecce vir noĩe ioſeph q̃ erat decurio vir
Mar.15.g. bonus ⁊ iuſtus h̃ nõ cõſenſerat cõcilio ⁊ acti
Joh.19.g. bus eorum ab arimathia ciuitate iudee. qui ex
Mat.27.g. pectabat ⁊ ipẽ regnũ dei ¶ Hic acceſſit ad pi/
Mar.15.g. latum ⁊ petijt corpus ieſu. ⁊ depoſitũ inuol-
Joh.19.g. uit in ſyndone: ⁊ poſuit eũ in monumẽto ex-
ciſo: in quo nonduz q̃ſq̃ poſitus fuerat. Et
dies erat paraſceues. ⁊ ſabbatũ illuceſcebat
Subſecute aũt mulieres q̃ cũ eo venerãt de
galilea viderũt monumentũ: ⁊ quemadmo-
dum poſitũ erat corpus eius: ⁊ reũtẽtes pa-
rauerũt aromata ⁊ vnguenta ⁊ ſabbato qui
A dem ſiluerũt ſm mãdatum. XXIIII
Mat.18.a. Vna aũt ſabbati valde diluculo vẽ
Mar.16.a. nerũt ad monumẽtũ portantes que
Joh.20.a. parauerãt aromata ⁊ inuenerũt lapi
dem reuolutũ a monumẽto: ⁊ ingreſſe nõ in
uenerũt corpus dñi ieſu. Et factũ eſt dũ mẽ
te ꝯſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſtete
Mat.28.c. runt ſecus illas in veſte fulgenti. ¶ Cũ time/
Mar.16.c. rent aũt ⁊ declinarẽt vultũ in terrã. dixerũt
B ad illas. Quid q̃ritis viuentẽ cum mortuis
Nõ eſt h̃: ſed ſurrexit. Recordami q̃lit̃ locu-
tus eſt vob: cum adhuc in galilea eſſz dicẽs
Quia oportet filiũ hoĩs tradi in man⁹ homi
num peccatorum: ⁊ crucifigi: et die tertia reſur
Mat.28.b. gere¶ Et recordate ſunt v̄borum eius: et re/
Mar.16.c. greſſe a monumẽto nunciauerunt hec oĩa ill̃
vndecim ⁊ ceteris oĩb⁹ Erat aũt maria ma/
gdalene ⁊ iohãna ⁊ et maria iacobi. et cetere q̃
cũ eis erãt: q̃ dicebãt ad aplõs hec. Et viſa
ſunt añ illos ſicut deliramẽtũ v̄ba iſta: ⁊ nõ
crediderunt ill̃. Petrus aũt ſurgẽs cucurrit
ad monumẽtũ et pcũbens vidit lintheamia
ſola poſita: ⁊ abijt ſecũ mirans qđ factũ fue-
rat. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in ca-
ſtellum qđ erat in ſpacio ſtadiorũ ſexaginta
C ab hierlm nomie emaus ⁊ ipi loq̃bant̃ ad in
Mar.16.c. uicem de his oĩbus q̃ acciderant¶ Et factuz
eſt dũ fabularent̃ et ſecũ q̃rerent: ⁊ ipſe ih̃us
appropinquãs ibat cum ill̃. Oculi aũt illorũ
tenebant̃: ne eum agnoſcerẽt. Et ait ad illos
Qui ſunt hi ſmones quos cõfertis ad inui/
cem ambulãtes: ⁊ eſtis triſtes? Et reſpõdẽs

vnus cui nomẽ cleophas: dixit ei. Tu ſolus
pegrinus es in hieruſalem: et nõ cognouiſti
q̃ facta ſunt in illa his diebus. Quib⁹ ille di/
xit. Que? Et dixerunt. De ieſu nazareno q̃
fuit vir ppheta: potẽs in ope et ſmone. co-
ram deo ⁊ omni pplo. Et quomõ eũ tradide-
runt ſũmi ſacerdotes et pncipes nr̃i in dam-
natõnem mortis: ⁊ crucifixerũt eũ. Nos aũt
ſperabam⁹: q2 ipẽ eẽt erat redẽptur⁹ iſrl̃. Et D
nunc ſup hec oĩa tertia dies eſt hodie: q̃ hec
facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex nr̃is
terruerũt nos que añ lucem fuerũt ad monu
mentũ ⁊ non inuento corpore ei⁹: venerunt
dicentes: ſe etiã viſionẽ angelorũ vidiſſe: q̃
dicunt eum viuere. Et abierunt q̃dam ex no
ſtris ad monumentũ: et ita inuenerunt ſicut
mulieres dixerunt: ipſuz v̄o nõ inuenerunt
Et ipẽ dixit ad eoſ. O ſtulti ⁊ tardi corde ad
credendum in omnibus q̃ locuti ſunt pphẽ.
¶ Nõne hec oportuit pati xp̃m ⁊ ita intrare Actu.14.d.
in gloriã ſuam? Et incipiẽs a moyſe ⁊ oĩbus
pphetis: int̃pretabat̃ illis in omib⁹ ſcriptu-
ris q̃ de ipſo erãt. Et appropinquauerunt ca
ſtello quo ibãt: ⁊ ipſe ſe finxit lõgi⁹ ire. ¶ Et Gen.19.
coegerũt illum dicẽtes. Mane nobiſcũ qm̃
adueſperaſcit: ⁊ inclinata eſt iam dies. Et i/ E
trauit cum illis. Et factum eſt dũ recũberet
cum eis: accepit panez ⁊ bñdixit ac fregit: ⁊
porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum
⁊ cognouerũt eũ: ⁊ ipſe euanuit ex ocul̃ eorum
Et dixerunt ad inuicem. Nõne cor noſtruz
ardens erat in nobis dum loqueret̃ in via ⁊
aperiret nobis ſcripturaſ? Et ſurgẽtes eadẽ
hora regreſſi ſunt in hieruſalem: ⁊ iuenerũt
ꝯgregatos vndecim. ⁊ eos q̃ cum illis erant
dicentes. q̃ ſurrexit dñs vere et apparuit ſi/
moni. Et ipſi narrabãt q̃ geſta erãt in via: et
quomõ cognouerũt eũ i fractiõe panis. Dũ
aũt hec loquunt̃: ſtetit ih̃s in medio eorũ et F
dixit. Pax vobis. Ego ſum: nolite timere.
Conturbati v̄o ⁊ ꝯterriti exiſtimabãt ſe ſpiri
tum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis
⁊ cogitatõnes aſcẽdunt in corda veſtra? Vi
dete manus meas ⁊ pedes: q2 ego ipſe ſum.
Palpate ⁊ videte: q2 ſpũs carn ẽ ⁊ oſſa non
habet: ſicut me videtis habere. Et cum hec
dixiſſet oſtendit eis manus ⁊ pedes Adhuc
autem illis nõ credentib⁹ ⁊ mirantibus pre
gaudio dixit. Habetis hic aliquid qđ man
ducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis
aſſi: ⁊ fauum mellis. Et cũ manducaſſet co/
ram eis ſumẽs reliquias dedit eis. Et dixit
ad eos. Hec ſunt v̄ba que locut⁹ ſum ad vos
cum adhuc eſſem vobiſcuz. qm̃ neceſſe eſt i-
pleri oĩa que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ p/
phetis et pſalmis de me. Tunc aperuit illis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſenſuꝫ: vt intelligerēt ſcripturas: ⁊ dixit eis.
G ¶ Qm ſic ſcriptuꝫ eſt ⁊ ſic oportebat chriſtū
Actu. 17. a. pati ⁊ ruſurgere a mortuis tertia die: ⁊ p̄di/
cari in nomie eius penitentiam et remiſſionē
peccatorū in omnes gentes: incipientibꝰ ab
hieroſolyma. Vos autēꝫ teſtes eſtis horum
Eſaie. 44. ¶ Et ego mittam ꝓmiſſum patris mei ĩ vos.
Actu. 1. a. vos aūt ſedete in ciuitate. quoaduſqꝫ indua
mini virtute ex alto. Eduxit āt eos foras in
bethaniā: ⁊ eleuatis manibus ſuis bn̄dixit
Mar. 16. g. eis ¶ Et factū eſt dum bn̄diceret illis receſſit
Actu. 1. b. ab eis. ⁊ ferebat̄ in celū. Et ipſi adorātes re/
greſſi ſunt in hierl'm cum gaudio magno. et
erant ſp̄ in templo laudantes et bn̄dicentes
deum.

Explicit euangeliū ſm̄ Lucam. Incipit
prologus in euangelium ſm̄ Johannem

Hic eſt Johannes euangeliſta
vnus ex diſcipulis domi: qui
virgo a deo electus eſt: quem
de nuptijs volentē nubere vo/
cauit deus. Cui v̄ginitatis in
hoc duplex teſtimoniū datur in euangelio.
ꝙ ⁊ p̄ ceteris dilectus a deo dicit̄. ⁊ huic ma=
trem ſuā pendens in cruce cōmendauit dn̄s
vt v̄gineꝫ v̄go ſeruaret. Deniqꝫ manifeſtās
in euangelio ꝙ erat ipſe incorruptibilis v̄bi
opus inchoans: ſolus v̄bum carnē factum
eſſe. nec lumen a tenebris cōp̄henſum fuiſ=
ſe teſtat̄: Primū ſignū ponēs qd̄ in nuptijs
fecit dn̄s. oſtendēs ꝙ ipſe erat: vt legentibꝰ
demōſtraret ꝙ vbi dn̄s inuitatus ſit defice/
re nuptiarū vinum debeat: ⁊ veteribꝰ immu
tatis. noua omīa que a xp̄o inſtituunt̄ appa=
reant. Hoc autē euangelium ſcripſit in aſia:
poſteaqꝫ in pathmos inſula apocalypſim
ſcripſerat: vt cui in p̄ncipio canonis incorru
ptibile p̄ncipium p̄notat̄ in geneſi: ei etiā in
corruptibilis finis ꝑ v̄ginem in apocalypſi
redderetur dicente xp̄o: ego ſum alpha et ω
Et hic eſt iohānes: q̄ ſciens ſupueniſſe dieꝫ
receſſus ſui: cōuocatis diſcipul's ſuis in ephe
ſo. ꝑ m'ta ſignorū expimenta p̄mēs chriſtū.
deſcendens in defoſſum ſepulture ſue locuꝫ.
facta oratōe poſitus eſt ad p̄res ſuos: taꝫ ex
neus a dolore mortis q̄ꝫ a corruptiōe carnis
īuenit̄ alienus. Tamē poſt oēs euangeliū
ſcripſit: ⁊ h̄ v̄gini debebat̄. Quoꝝ tamē vel
ſcriptorū t̄pis diſpoſitio. vel librorū ordina
tio. ideo a nob̄ ꝑ ſingula nō exponit̄ vt ſcien=
di deſiderio collato ⁊ q̄rentibꝰ fructus labo/
ris et deo magiſterij doctrina ſeruet̄.

Explicit prologus.

Incipit Regiſtrum in euange/
lium iohannis vigintiunum ca/
pitula habens.

Euangeliſta de diuinitate chri= I
ſti loquitur. ac phariſeoruꝫ le=
uite Johannem interrogāt an
ipſe ſit chriſtus. qui vidēs Je/
ſum, agnum dei dicit. ⁊ andre/
as dicit petro inuenimus meſſiam. ⁊ accedit
nathanael ad Jeſum.

Jeſus in nuptijs aquā in vinum conuertit. II
numularios de t̄eplo eijcit. ſolutōemqꝫ ſui
templi predicit.

Chriſtus nicodemo de baptiſmo ⁊ alijs my III
ſterijs loquit̄. atqꝫ ſubiungens dilectōꝫ dei
in iudea baptiſat. ⁊ iohannes in ennon: ⁊ fit
queſtio de p̄ncipalitate baptiſmatis iohānis
et chriſti.

Jeſus cū m'ere ſamaritana loquit̄. de potu IIII
diſcernit. ac credunt multi ſamaritani in euꝫ
atqꝫ filiū reguli a morte ſuſcitat.

Jacentē infirmū. xxxviij annorū apud pro V
baticā piſcinā xp̄s ſanat. ac iudeos docet de
ſua diuinitate ⁊ mortuorum reſurrectiōe: re=
mittēs eos ad ſcrutiniū ſcripturarū.

Satiat xp̄s de q̄nqꝫ panibꝰ et duobꝰ piſcibꝰ VI
multitudinē hoīm. q̄ volentes eū regē face=
re: fugit. atqꝫ ſuꝑ mare ābulās docet de pāe
celeſti qui eſt chriſtus.

Chriſtus in feſto ſcenophegie ĩ t̄eplo docet VII
iudeos. ac nouiſſimo die feſtiuitatis de ad=
uentu ſpū̄ſſancti p̄dicit. ⁊ cū nicodemo prin=
cipes cōtendunt.

Adducunt phariſei mulierē adulterā: quaꝫ VIII
xp̄s abſoluens ſe dicit eſſe lumen mundi. ac
ad longū inſtruens iudeos. dicit ſe fuiſſe an̄
abraam.

Chriſtꝰ cecū a natiuitate curat. quē a iudeis IX
ex ſynagoga expulſum ih̄s benigne ſuſcepit
⁊ dicit ſe in iudiciū in hūc mundum venire.

Hoſtiū eccl'e xp̄s ſe eſſe affirmat atqꝫ bonum X
paſtorē. quē dicentē ſe eſſe deū: iudei lapida
re nitunt̄: de quorū manibus euaſit.

Lazarus a xp̄o reſuſcitat̄. ⁊ colligunt iudei XI
conciliū vt occidant xp̄m.

Maria vngit pedes ieſu. q̄ ſuꝑ aſinā ſedēs XII
docet gentiles de g̃no frumenti qd̄ in terraꝫ
mittit̄. ac voce miſſa de celo: m'ti ex p̄ncipi=
bus credunt in ieſum.

Jeſus pedes diſcipulorū lauat docens eos XIII
mandatū dilectōis. atqꝫ iudā traditorem: et
petri negationē predicit.

Docet chriſtus de manſione patris in ipſo. XIIII
de obſeruandis mandatis: ac miſſione ſpū̄ſ=
ſancti.

Dicit ſe xp̄us vitē ⁊ diſcipulos palmites: ⁊ XV
dat̄ preceptum de dilectōe.

Predicit xp̄s diſcipulorū paſſionē ac ſuam XVI
aſcenſionem: ⁊ ſpū̄ſſancti miſſionem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XVII Petit filius ſuā clarificationē.atq; orans ꝓ
diſcipulis eos patri cōmendat.
XVIII Jhm a iuda traditū.iudei in terrā ꝓcidētes
capiūt.atq; ponit̄ negatio petri Queꝛit̄ xp̄s
a pōtifice de doctrina ſua ⁊ de diſcipul'.ꝑcuſ
ſuſq; a ſeruo pōtificis.pilato p̄ſentat̄.
XIX Flagellat̄ a militib⁹ xp̄s et coronat̄ cui⁹ moꝛ
tem iudei inſtāter petunt ⁊ barrabā dimitti.
Jhu crucifixo milites eius veſtimenta diui
dūt.mr̄em ſuā diſcipl'o cōmendat xp̄s.atq;
potatus aceto:tradit p̄ri ſpūm.frangunt̄ la⸗
tronū crura.apit̄ q; lācea lat⁹ ihu.cui⁹ corp⁹
aromatibus cōditum ioſeph ſepeliuit.
XX Ponit̄ xp̄i reſurrectio ⁊ reſurrectiōis mani
feſtatio.⁊ dat̄ diſcipul' ſpūſſanct⁹.Atq; tho
mas mittit manum in latus ieſu.
XXI Manifeſtat ſe ihs diſcipul' ad mare tybera
dis.ac petro cōmittit oues paſcendas.

Explicit Regiſtrū. Incipit euā⸗
gelium ſm̄ Johānem: Caplm̄ I

In principio
erat verbum ⁊ verbuʒ erat
apud deum:⁊ deus erat ve
bum. Hoc erat in principio
apud deū. Omia per ipſum
f.cta ſunt.⁊ ſine ip̄o factum
eſt nihil. Qd̄ factum eſt in ip̄o vita erat:⁊ vi
ta erat lux hominū:⁊ lux in tenebris lucet:⁊
Mat.3.a. tenebre eā non cōp̄henderūt ¶ Fuit hō miſſ⁹
J.3.f. a deo:cui nomē erat iohānes. Hic veit in te
ſtimoniū vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine,
vt omēs crederēt ꝑ illū. Nō erat ille lux:ſed
vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux
vera q̄ illuminat oēm hoiem veniente ī hūc
mundū. In mūdo erat:⁊ mūdus ꝑ ip̄m fa
B ctus eſt:⁊ mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria
venit.⁊ ſui eum nō receperūt. Quotq̄t autē
receperūt eum dedit eis ꝑtātem filios dei fi⸗
eri his q̄ credunt in noīe ei⁹. Qui non ex ſan
guinibus neq; ex volūtate carnis neq; ex vo
luntate viri:ſed ex deo nati ſunt. Et verbum
caro factum eſt:et habitauit in nob̄. Et vidi
mus gl'am eius:gl'am q̄ſi vnigeniti a patre,
plenū gratie ⁊ veritatis. Johānes teſtimo
niuʒ ꝑhibet de ip̄o ⁊ clamat dicēs. Hic erat
quē dixi q̄ poſt me venturus eſt:an̄ me fact⁹
eſt:q2 p̄oꝛ me erat. Et de plenitudīe eius nos
oēs accepim⁹,gr̄am ꝓ gr̄a:q2 lex ꝑ moyſen
data eſt:gr̄a et veritas ꝑ ihm xp̄m facta eſt.
1.Joh.4.c. ¶ Deuʒ nemo vidit vnq;. Unigenit⁹ fili⁹ qui
C eſt in ſinu patris:ip̄e enarrauit ¶ Et h̄ eſt te
J.5.f. ſtimoniū iohānis:qn̄ miſerūt iudei ab hiero
ſolymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad eum vt int̄
rogarent eū, Tu quis es? Et cōfeſſus eſt:et
nō negauit. Et confeſſus eſt:q2 non ſum ego
xp̄s. Et interrogauerūt eū Quid ḡ. Helias
es tu? Et dixit. Non ſum. Propheta es tu?
Et reſpōdit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
es vt reſpōſum demus his qui miſerūt nos Eſaie.40.
Quid dic̄ de teip̄o? Ait. ¶ Ego vox clamā Mat.3.a.
tis in deſerto:dirigite viam dn̄i,ſicut dixit Mar.1.a.
eſaias ꝓpheta. Et q̄ miſſi fuerāt erāt ex pha Luce.3.a.
riſeis. Et interrogauerūt eum et dixerūt ei. D
Quid ergo baptizas ſi tu nō es xp̄s.neq; he
lias:neq; ꝓpheta? Reſpōdit eis iohannes
dicens ¶ Ego baptizo in aqua:medius autē Mat.3.e.
veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt q̄ Mar.1.b.
poſt me venturus eſt:q̄ ante me factus eſt. Luce.3.d.
cuius ego nō ſum dignus vt ſoluam ei⁹ coꝛ Actu.1.a.
rigiam calciamēti Hec ī bethania facta ſunt et.9.a.
trās ioꝛdaneʒ vbi erat iohannes baptizans.
Altera die vidit iohānes ieſum venientem
ad ſe ⁊ ait.ecce agnus dei.ecce q̄ tollit pecca⸗
ta mundi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me ve⸗
nit vir qui ante me factus eſt:quia prioꝛ me
erat:et ego neſciebam eum. Sed vt manife
ſtetur in iſr̄l:ꝓpterea veni ego in aqua ba
ptizans. Et teſtimoniū ꝑhibuit iohānes di E
cens.¶ Quia vidi ſpūm deſcendentē q̄ſi co⸗ Mat.3.g.
lumbā de celo:⁊ manſit ſup eū.et ego neſcie⸗ Mar.1.b.
bam eum:ſed q̄ miſit me baptizare in aq̄.ille Luce.3.e.
mihi dixit. Sup quem videris ſpūm deſcen
dentem et manentē ſup eum.hic eſt q̄ bapti⸗
ʒat in ſpūſancto. Et ego vidi ⁊ teſtimoniū ꝑ
hibui quia hic eſt filius dei. Altera die iteꝝ
ſtabat iohannes:et ex diſcipulis eius duo.
Et reſpiciens ieſum ambulantē dixit. Ecce
agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli
loquentē:⁊ ſecuti ſunt ieſum. Cōuerſus aūt
ieſus ⁊ vidēs eos ſequētes ſe.dic̄ eis. Quid
queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi quod dici
tur interp̄tatum magiſter:vbi habitas? Di F
cit eis. Uenite ⁊ videte. Uenerūt ⁊ viderūt
vbi maneret:⁊ apud eum manſerunt die illo.
Hoꝛa autē erat q̄ſi decima. Erat auteʒ An⸗
dreas frater ſimonis petri.vnus ex duobus
q̄ audierat a iohāne.et ſecuti fuerāt euʒ. In⸗
uenit hic p̄mum fratrē ſuū ſimonē ⁊ dicit ei.
Inuenimus meſſiā:quod eſt iterp̄tatū chri⸗
ſtus. Et adduxit eū ad ieſum. Intuit⁹ auteʒ
eū ieſus dixit. Tu es ſimon filius iohanna:
tu vocaberis cephas qd̄ interp̄tatur petr⁹.
In craſtinū voluit exire ī galileaʒ ⁊ inuenit G
philippū. Et dicit ei Jeſus Seq̄re me.. Erat
autem philippus a bethſaida ciuitate An
dree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael
⁊ dicit ei. Quem ſcripſit moyſes in lege ⁊ ꝓ⸗
phete:inuenimus ieſum filiū ioſeph a naza⸗
reth. Et dixit ei nathanael. A nazareth pōt
aliquid boni eſſe, Dicit ei Philippus. Ue⸗

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf